

attendenda est. Et ne tardiores quidem communicationem non intelligant, si quidem exaltatus a terra omnia ad se trahit (Io 12, 32.33) et exemplum nobis reliquit ut sequamur vestigia eius (1 Pet 2, 21). Sed ipsa haec communicatio haberi non poterat nisi prius expressio facta erat per quam actus interior et naturale suum complementum <sup>habuerat</sup> ~~habet~~ et ex abscondito et privato in manifestum et publicum ~~transit~~ transierat. Quare, cum postea de effectibus redemptionis agetur, tunc ad communicationem attendendum erit; nunc autem de principio effectuum agitur, et ideo expressionem consideramus quae interiori actui exteriorem addit.

~~Sed et tertia aderat ratio cur non solum interiori actu sed etiam exteriori exerceretur contritio illa vicaria. Sicut enim ~~ipse~~ Christus homo cognovit et dilexit divinam ~~bonitatem~~ et ideo oppositam peccati malitiam ~~et~~ intellexit atque detestatus est. Quae enim in Christo homine erat intelligentia. Nam sicut supra diximus ipsa haec contritio nihil erat aliud quam p~~

Quod si eo redimus unde incepimus, ad ipsam huius rei altitudinem, quantum fieri potest, accedimus. Diximus enim intentionem Filii ~~intentionem~~ hominis Dei Patris intentioni esse conformem. Sicut enim Filius homo divinam bonitatem cognovit et dilexit, multo magis Deus Pater eam cognovit eamque dilexit; sicut Filius homo peccati malitiam intellexit et peccatum detestatus est, multo magis Deus Pater; sicut Filius homo